



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jtem de electionibus capitulo[rum]

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

Statuta Conradi.

panis prebendalis recipiat ad vendendum. ex hac namq; venditione perit hospitalitas in ecclesijs cum in ipsis pauci vel nulli recipiant panem suum de demibus comedentes claustralibus vel egenis inde elemosynam tribuentes.

De prepositis et eorum capitulis qualiter se inuicem habere debeant.

Consequenter de ecclesiarum prepositis videamus qualiter ipsi erga capitula se habere debeant. et qualiter capitula erga ipsos vice versa. Cum enim ipsis prepositis ea potissime incumbat sollicitudo. quod circa ecclesie exteriora vel eius temporalia defendenda sint vigilantes et cooperantes capitulis. ubicunque iniuriam patiuntur. qualiter ab illis iniurijs releuentur. nisi prout eis opus fuerit auxilio accedente. et non solum ad huiusmodi temporalia promouenda exterius tententur. imo ad omnia alia. tam intus quam extra. que sunt ad ecclesie utilitatem et pacem spectantia necnon ad ipsius ecclesie iura. statuta honesta et bonas consuetudines observandas teneantur ex proprio iuramento. ipsis precipimus circa hec omnia taliter se habere. quod inde irreprehensibiles censeantur. Capitula etiam vicinversa ita se erga ipsos habere prepositos studeant in omnibus. honorando ipsos in quibus sunt merito honorandi. quod in nullo ipsorum prepositorum dignitati derogent sine iuri. Et quia de aliquibus prepositis vnum quidem in visitatione compertimus reprehensibile. et non laudandum de his. quod ipsi quorum sunt. et esse de iure tenentur dispersatores. fructus suspensionum in ecclesijs prebendarum illi preteritum qui dictos fructus nondum in capitula transtulerunt. illis fructibus abutuntur. Cum enim de ipsis fructibus vno eis anno cedentibus. recta ecclesie quando foret necessitas reparare deberent. ipsi ea non reparant. imo fructus ipsos canonicis

inobedientibus. ideoque suspensio. restituunt seu remittunt. Ecce per hanc remissionem iniuriam fabricice ecclesie faciunt. damnum seu emolumentum carentiam sibi ipsis. ac insuper occasionem negligentie et absentie ab ecclesia canonice. suis prestant. hanc itaque abusione omni pernitus ratione ac etiam colore carentem ipsis de cetero prepositis inhibemus. volentes ut vel ipsi retineant conuentiones. in utilitatem propriam illos fructus si ecclesia eorum opus non habuerit reparationis rectorum. vel ecclesie ipsi ad ornamenta fructus huiusmodi largiantur. potius quam eos indignis hoc est inobedientibus restituant et in sua inobedientia seu dissolutione taliter amment. et sic ipsi prepositi dissolutionis ac inobedientie sint auctores. Et preterea quod si canonici qui suspensi fuerint pro sua inobedientia namque in facie fratrum infra emunitatem comparant manifeste. firmissime precipimus et mandamus.

De electionibus capitulorum.

Item ne in premissis nostre visitationis proposito omittamus hoc quod maxime ecclesiarum collegiarum quicquid prospicitur altarum preteritum plurium clericorum receptio ad vacatura beneficia sunt grauare. cum constitutio domini alexandri pape super hoc ipso decreuerit prouidere nos illam constitutionem precipimus inuolabiliter observari. et cum iuxta eandem constitutionem quatuor et receptis ante ipsam primum fuerit de prebendis. que post constitutionem predictam vacauerunt vel vacabunt ubi nondum que renouatus est propter alij ultra ipsum numerum censeantur habere. pro cassatis. nec aliquo exreceptione tali a prepositis. decanis et capitulis ecclesiarum canonice. vel prebendarum admittant. Et monemus illos que receptio huiusmodi iniuriam. et de canonicatu et prebenda se ingerunt. quod deinceps deum non desinat prepositos

Statuta Engilberti v.

one decanos et capitula nihilominus
admonere ut tales pro canonicis vel
prebendarijs nō admittant.

De emunitatibus et muris ecclesiarum

Item q̄ oēs ecclesie collegiate
emunitates suas muro circūda-
tas, et clausuras portarū bñ mur-
nitas habeant. firmissime precipimus et
mandamus. **¶** Nec itaq̄ nre visitatio-
nis precepta canonica et statuta, ita a nos-
tris edita precipimus inuolabiliter obser-
uari, et vñūq̄q̄ collegiū ea in scripto
ad sue exemplar et regimē vite recipi-
at, et recepta penes se in p̄petua comē-
rande memorie teneat diligenter. Nec
itaq̄ ad p̄ns statum saluo nobis, q̄
alia si qua adhuc occurrerint opus ha-
beria reformationis aut correctionis
remedio, siue de canonicis aut monachis
sue etiā plebanis existāt, ea statnamus
ut inde put expedies fuerit loco et tē-
pore ordinemus. **¶** Pronūciatū et datum
Coloniē Quarto idus Martij: Anno
dñi millesimo ducentesimo sexagesimo.

Incipiūt capitula

seu rubrice statutorū ecclesie Coloniē edi-
tor a bone memorie dño Engilberto ar-
chiepo Coloniē, que facta sunt prouincia
la p̄ dñm Henricum archiep̄m.

¶ Primo cōtra eos qui manus in
clericos vel p̄sonas ecclesiasti-
cas iniiciant temere violentas

Item contra incendiarios et effracto-
res bonorū ecclesiarum et monasteriorū.

Item contra violatores emunitatū et
potum ecclesiarū.

Item cōtra raptos et inuasores bonorū
ecclesiarū et ecclesiasticarū p̄sonarū

Item contra detentores seu subtrato-
res decimarū

Item p̄ nobiles in expeditiōibus damna
p̄sonis ecclesiasticis, in curtib⁹ inferētes

Item cōtra illos q̄ se de bonis clericorū
siue in vita siue in morte introuertunt

Item ut bona clericorum transeant sine
theloneo libera et absoluta.

Item ne clerici vel religiosi trahātur ad
iudiciū seculare.

Item contra clericos qui p̄sonas ecclesi-
asticas ratione bonorū suorū vocāt ad
forum seculare.

Item ut similiter cōtra occupātes bona
ecclesiarū procedatur.

Item ut iudices ecclesiastici laicis cōtra
clericos causam habentib⁹ faciāt iustu-
ciam expeditam.

Item contra impediētes et turbatores
celebrationes synodorū.

Item ut prelati iurisdictione sua libere
utantur in terminis corū iurisdictioni
subiectis.

Item ut iudices ecclesiastici fraudē in
iudicijs suis nō committant

Item ne iudices ecclesiastici se de causis
ad forū seculare spectantib⁹ introuertāt

Item cōtra impediētes ecclesiasticorū
iudiciū iurisdictionē et executionem
sententiarum.

Item cōtra eos q̄ clericos nō sine violē-
ta manu inuictiōe capiūt et detinēt

Item p̄cessus cause contra eosdem

Item ne filij vel filie clericos captiuātū
et p̄ anū excoīcarorū ad ordines vel ad
bñficia admittātur. **¶** **Item** mitigatiōes
p̄ fratrib⁹ et sororib⁹ ac alijs p̄sonis sc̄ si
se voluerit infra anū canoīce expurgā.

Item si clericū in alia diocesi capi vel in
ista captū ad aliā diocesim deduci p̄tigat

Item p̄ occasores et mutilatores clericorū.

Item p̄ eos q̄ minas intulerint p̄sonis ec-
clesiasticis de corpe vel de rebus

Item p̄ eos clericos q̄ sacrilegiū in cleri-
cos committere nō verentur.

Item p̄tra clericū qui occasione alicuius
questionis clericū aliquē captiuauerit.

Item contra clericos qui mutilāt vel
occidunt clericos.